

Al- ‘Ahd al-ġadīd li-rabbīnā Jasū’ al-Masīḥ

Edente Thoma Erpenio

Erpenius, Thomas

Bauma, anni nongentesimi octogesimi octavi Martyrum
Iustorum. Descriptus autem est ex emendatissimo ex-
emplari cujus descriptor ait se id descripsisse ex alio ex-
emplari emendato, exarato manu Iohannis Episcopi
Cophitæ; qui Iohannes dicit, se suum descripsisse ex
exemplari emendatissimo, quod ediderat D. NE-
SIVLAMAM F. AZALKEFATI. Cæterum
 an idem reliquos etiam libros verterit, haud satis
 sum certus. Non puto: nam & phrasi nonnihil ab
 Evangelijs discrepant, & Syro contextui quam
 Græco plerisq; in locis videntur esse viciniore. At
 hæc omnia, una cum varijs codicum lectionibus, &
 locis difficilioribus, atq; a contextu Græco, Syro,
 & Æthiopico (omnes enim hosce diligenter con-
 ferre & examinare in animum induximus) discre-
 pantijs, suo tempore accurate examinabimus.
 Interim vale, certus, si laborem nostrum pijs &
 eruditjs viris probari intellexerimus, operam nos
 daturus esse, vt veteris etiam Testamenti versionem
 Arabicam, ex translatione R. Saadia, & aliam ac-
 curatissimam in Mauritania factam, cum Latina
 interpretatione & notis brevi evulgemus.

unius exemplaris valde vetusti præter literas Græcas capitum initia & numerum in Evangelijs indicantes, numeros etiam canonum Evangelicorum, *Ammonij Alexandrini*. Quos cum non solum *D. Raphaelengius* in codice nostro aliunde quoque adjecisset, & in Romano exemplari certis quoque distinctionum notis indicatos comperissem, sed & in meo vetustissimo exemplari fragmentum Prefationis ab Interprete præfixæ ab ipso adjectos fuisse, retentis nihilominus Cophititarum, quas vocat, evangeliorum sectionibus, indicaret; operæ mihi pretium visum fuit eosdem, cum tabulis suis, & literis illis Græcis, adjecisse. Adjunxi & ego insuper, quo nostris hominibus usus operis redderetur commodior, Capita & Versus Latinorum: sensus tamen ab Interprete expressus versum me subinde Latinum coegit secare. In reliquis libris cum nullæ distinctionum notæ comparerent, præter nostras nihil est adjectum. Ordinem librorum cum retinui quem codex exhibuit: nisi quod Acta Apostolorum, quæ Epistolis subijciebantur, iisdem præposuerim. Quæ porro fide in operis hujus editione sim usus, & tempus, & meæ aliquando in id annotationes abunde declarabunt. Hoc nunc dico, maluisse me quædam, quæ non satis eleganter, & juxta Grammaticorū præcepta posita videbantur, id est corruptos Arabismos retinere, quam ut quisquam à me temere quidpiam dicat mutatum, periculum subire. Cæterum versionis hujus Auctorem & antiquitatem (nam hæc procul dubio scire desideras) quod attinet; vetustas codicum antiquissimam eam esse arguit. Ac Evangelia quidem è Græco mihi vertisse videtur *Nesjulaman* filius *Azalkesari*; id quod ex sequenti codicis mei clausula colligo. *Absoluta est hujus libri descriptio die 16 mensis*
Bauna,

BENEVOLO LECTORI

THOMAS ERPENIUS S. D.



EDIMVS, Benevole LECTOR,
totius novi foederis antiquissimam
atque elegantissimam versionem
Arabicam, haecenus majori ex
parte typis nondum evulgatam,
amulati atq; imitati nobilissimæ
illius editionis Syriacæ, quæ Viennæ prodijt, ele-
gantiam : edimus, inquam, ex elegantissimo
Bibliothecæ nostræ codice, manu exarato in Mo-
nasterio S. *Joannis*, in Thebaidos deserto, anno ære
Diocletiani (quam martyrum justorum illi vocant)
1059. id est Christi 1342 : quod exemplar cum
multis alijs præstantissimis libris Orientalibus Bi-
bliothecæ nostræ legavit vir summus *Iosephus Scaliger*,
cujusq; potiore partem, Acta scilicet Apost.
& Epistolas omnes accuratissime cum alio codice
contulit Vir de linguis Oriental. optimè meritis
Franciscus Raphelengius : quæ quidē collatio quan-
tum mihi attulerit subsidij, norunt ij, qui norunt
quam res sit ardua atq; difficilis libros manu exa-
ratos, sine codicum plurium auxilio typis evul-
gare; in hac maxime lingua, in qua unius puncti
omissio, additio, aut transpositio incredibilem sen-
sus parit diversitatem. De Evangelijs etsi ea col-
lata non erant minus laboravi : quod præter nobi-
lem illam editionem Medicæam, alia etiam, quæ in
locis dubijs consulere mihi licuit, habuerim exem-
plaria Mssæ, eaq; antiquissima & emendatissima,
quæque inter se, & cum codice Romano & *Scaligeri*
conveniebant : nisi quod Romanum exemplar in
13 primis Mathei capitibus plusculum à Mssis
omnibus visum est discrepare. Reperi in margine
(* * 3) unius